

historica et exegetica alienissimam. Unde et ulterius procedentes ipsam theologiam nisi aberrationem quandam non reputant, eaque reiecta ad verum purumque Dei verbum redeundum esse censent.

At, archaismi et anachronismi una et communis est radix: omnia theologica esse deducenda. Quae si evellitur penitusque reicitur, cessant tum anachronismus qui temporis ~~et~~ differentias celat tum pariter archaismus qui nisi reiecta theologia veritatem historicam non attingit.

Quod si quis sincera mente doctrinam c. Vaticani I acceptat, sane agnoscit decursu temporum augeri non solum scientiam sed etiam intelligentiam atque sapientiam (DB 1800), et ideo theologiam non de solis conclusionibus ^{tractari} ~~tractat~~ sed etiam ^{nova} ~~problemata~~ ^{invenire,} ~~invenit~~, quae per sapientiam ordinat et per intelligentiam resolvit. Sed et praeterea nemo serio nominare potest deductionem rigore logico peractam illum processum ~~quem~~ quem idem c. Vaticanum descripsit, in quo principium subiectivum est non sola fides, non sola ratio, sed ratio per fidem illustrata, ubi ~~processus est non deductio sed~~ ^{exitus felix attribuitur} ~~sedula, pia, sobria inquisitio, ubi terminus attingitur non regulis~~ ~~logicis sed Deo dante, ubi felix exitus non regulis s logicis~~ sedula, pia, sobria inquisitio, ubi felix exitus non a regulis logicis sed a Deo dante expectatur, ubi id quod attingitur non conclusionum nominatur scientia sed mysteriorum fructuosissima intelligentia (DB 1796).

et agnoscendum est. Neque tamen ideo ad ipsum campum ^{stricte} theologicum pertinet. Inde enim incipit theologia ubi in his conclusionibus ~~inveniuntur problemata, ubi ^b methodice ad solutiones ^s proceditur~~ inveniuntur problemata, ubi inventa problemata colliguntur, ubi collecta ordinantur, ubi solutiones methodice quaeruntur. Quae solutiones non singulae seorsim existunt, sed alia ab alia ita dependet ut in unaquaque sapienter ordinata problematum serie solutio quaedam inveniatur prima quae reliquarum est quasi clavis atque fundamentum. ~~Neque huius primi problematis deducitur solutio~~

Neque huius primi problematis deducitur solutio. Quod ipso facto constabit inferius ubi in primo asserto statuitur divinam processionem esse per modum emanationis intelligibilis. Quod ^{ex} etiam ipsa rei natura manifestum esse potest: ubi enim vere existunt problemata, eorum solutio non intelligitur; ubi eorum solutio non intelligitur, deest principium unde ipsa solutio deduci possit, nam omnis conclusio ex intellectis principiis procedit.

Caeterum, haud alius est error qui magis theologiae noceat quam illam ~~opinationem~~ theologiam non esse nisi de conclusionibus. Nam nihil in conclusione logica poni potest nisi quod virtualiter in ipsis praemissis contineatur. Et ideo, admissa hac opinione, sequitur necessario vel anachronismus vel archaismus. Sequitur quidem anachronismus apud eos qui theologica defendere velint: quia enim omnia deducere ~~volunt~~ volunt, hodiernas solutiones implicite in mente S. Thomae invenire contendunt; et doctrinam S. Thomae implicite in mente Patrum adfuisse decernunt; et doctrinam Patrum implicite in mente evangelistarum et apostolorum adfuisse statuunt. Sed etiam sequitur archaismus eorum qui veritatem historicam defendunt ^a. Illa enim implicita in scripturis, apud Patres, in auctoribus mediaevalibus non solum non inveniunt sed etiam ~~inveniunt~~ impugnant quasi ineptissimam quamdam fictionem ab omni scientia

Intelligentis deinde est solutionem primi problematis perspicere. Nam intelligentia est de principiis, et principium est primum in ~~aliquo ordine. Quare, in illo ordine problematum~~ aliquo ordine, et primum problema est primum in ordine problematum quem sapientia determinavit. Quare, qui solutionem problematis primi intelligit, principium intelligit unde caetera ~~problemata~~ solvi possint.

Scientis denique est caetera problemata resolvere. Quod eo facilius et ordinatius fit, quo melius sapientia ~~suu~~ suo munere functa est. ~~Quamvis~~ Attamen, ubi in opere scientiae parum laboratur, ibi in priori et fundamentalis opere intelligentiae quam maxime laborandum esse solet, cum in ipso primo gressu tota fere res virtualiter peragatur.

Quibus perspectis, alia et alia distinguas quae intelligentiam theologiam antecedunt. Remote enim antecedunt principia communia et vulgaris rerum intelligentia et scientiae particulares et fides divina et caetera quae ~~logicè~~ logice ex his deducantur. Proxime autem antecedunt ~~illas contradictionibus apparentibus quae in~~ ~~ipsis deductis~~ problemata et problematum ordinatio et ipsum hoc in ordine primum problema ~~quod, si intelligitur, intelligentia theologica attingitur~~

Quae si conceduntur, eorum ~~ex~~ excluditur opinio qui dicunt theologiam non esse nisi de conclusionibus. Qui quidem admittunt principia rationis atque principia fidei, e quibus omnia theologica deducere volunt. Quae vero nuperrime statulimus principia proprie theologica quae per intelligentiam theologiam attinguntur, ea negant principia esse, eademque reputant, non miro quodam intelligendi actu assequenda, sed conclusiones rigore logico demonstrandas.

Quos sane fugit problematum existentia. Quod enim rigore logico ex principiis fidei et rationis deducitur, sane et verum est

Quaerit, aliquam Deo dante mysteriorum intelligentiam eamque fructuosissimam asseritur tum ex eorum quae naturaliter cognoscit analogia tum e mysteriorum ipsorum nexu inter se et cum fine hominis ultimo; nunquam tamen idonea redditur ad ea perspicienda instar veritatum, quae proprium ipsius obiectum constituunt" (DB 1796).

Praeterea, haec conclusionis theologia fundamentum doctrinae theologicae graviter diminuit. Nam doctrina theologica dupliciter ex principiis rationis et fidei procedit: primo modo, per deductionem ex ~~fundamentis~~ principiis; altero modo, problemata a solvendo secundum principia. Quorum duorum illum quidem modum agnoscit theologia conclusionis, sed hunc praetermittit.

Quae fundamenti diminutio in gravissimas confusiones conducit. Cum enim nihil in conclusione esse possit quod in praemissis non contineatur, alii ex diminutione fundamenti etiam diminutionem doctrinae theologicae concludere volunt, alii autem ita ~~extenderet~~ extendunt fontes revelationis ut implicite contineant non solum ~~quod logice ex iis deduci possit sed etiam~~ quod ex fontibus deducatur sed etiam quod secundum fontes ad problemata solvenda determinatum ~~est~~ sit. Sed utrique errant et propter eandem causam. Ubi enim non ¹dimidiata sed integra theologiae methodus agnoscitur, neque theologi tentant ex scripturis deducere quod secundum scripturas determinetur, neque exegetae theologos impugnant quia ea doceant quae ex scripturis non deducantur.

Praeterea, haec conclusionis theologia sicut theologiae fundamentum diminuit ita etiam finem theologiae parum perspicit. Quae enim est scientia de Deo mediante Christo et ecclesia, problemata resolvere debet quae hanc scientiam impediunt. Neque tantummodo antiqua et patristica ~~sunt~~ solvenda sunt problemata; neque tantummodo mediaevalia; neque tantummodo quae iam per quattuor saecula nos affligunt; e sed etiam contemporanea. Proinde, haec